



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 20. Libelli supplices hanc in rem Patribus a Cæsaris Oratoribus oblati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI
A.C. 1562

duere promptum ad alteram petitionem animum præferre; ac proinde die vigesimo secundo Augusti rem Patribus proposuere.

§. XX.

Libelli supplices hanc in rem Patribus a Cæsaris Oratoribus oblati.

Pall. c. 3. n. 3. Nihilominus Cæsaris Oratores, ut eo facilius id, quod petebant, consequerentur, duo confecerant scripta, eorumque primum erat valde prolixum, alterum autem brevius, quod ultimum ut Patribus prælegendum traderetur, speciatim a Synodi Præsilibus postulabant: porro in eo hæc continebantur:
 „jam ab illo tempore, quo primum Constantiensis Concilii interdictum emanabat, retentus fuit a Bohemis pertinaciter usus utriusque speciei in Eucharistiæ sumptione, huncque usum iidem propugnarunt tam rationibus & consiliis, quam armis, & quidem non modo plebeji, sed etiam nobiles, ac Dynastæ, & eorum complures, ad quos ex veteri consuetudine spectabat publicorum Magistratum exercitatio, eapropter Synodus Basileensis sese inclinabat ad calicis usum certis conditionibus positus restituendum: nec minus id ipsum indulserunt Romani Pontifices

„tifices Paulus III. & Julius tertius, fa-
 „cultate ad id commissa Nuntiis in iis
 „provinciis, tametsi varia, quæ conti-
 „gerant, executionem impediissent: ipse
 „etiam Ferdinandus, cum ex Divina
 „beneficentia sibi evenisset, ut Archie-
 „piscopus Pragensis post centum qua-
 „draginta annos Ecclesiæ suæ restitue-
 „retur, petiit a Pontifice, ut ipsi fa-
 „cultatem concederet ad Sacerdotium
 „eos promovendi, qui unacum calice
 „Eucharistiam accipiebant, adeoque
 „Calixtini appellabantur: Pontifex vero
 „haud indignam, quo minus exaudi-
 „retur, existimabat petitionem, a qua
 „pendere poterat illius inclyti Regni ad
 „Ecclesiæ sinum reditus, licet eam ad
 „Concilium rejecisset: ceterum pia il-
 „lius Nationis voluntas ex eo argui
 „potest, quod nunquam ad eam usque
 „diem Sacerdotes nisi celibes, eosque,
 „qui sacris a Catholicis Episcopis erant
 „initiati, admiserit, & publicas pro
 „felicitate Pontificis, Sacri Collegii,
 „Episcoporum, ceterorumque Ecclesia-
 „sticorum Ordinum preces funderet:
 „itaque impetrato calicis usu, Bohemi
 „facile reduci possent ad rectam fidem in
 „aliis minoris momenti rebus, in quibus
 „ab Ecclesia Romana aberraverant:
 „cum aliunde cavendum sit, ne nimia
 „severitas illos ad Lutheranorum se-

Sæcul. XVI.
 A C. 1562.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

„ctam impellat: insuper votum hoc non
 „paucis duntaxat, improbisque homini-
 „bus inest, sed etiam innumeris, ac
 „piis, in Hungaria, in Austria, in Sa-
 „lesia, in Stiria, in Carinthia, in Car-
 „niola, in Bavaria, & aliis Germaniæ
 „Provinciis, quarum Episcopis Paulus
 „III. concesserat facultatem Eucharistiæ
 „sub utraque specie porrigendæ cuicum-
 „que ex pietate id cupienti, quamquam
 „ne id quidem ex quibusdam obstacu-
 „lis postea effectum fuisset: porro non pe-
 „tebatur hoc privilegium pro hæreticis
 „auctoritatem Synodi non agnoscenti-
 „bus, sed pro Catholicis, obsequenti-
 „bus Ecclesiæ filiis, quamvis sperandum
 „esset, per eam concessionem ad fru-
 „gem revocatum iri complures etiam
 „ex hæreticis, & ab eorum paucis
 „paratum ad id animum declarari: præ-
 „terea in eandem postulationem con-
 „veniunt etiam illi duo Episcopi, qui
 „omnium Hungariæ Præfulum Procura-
 „tores sunt; proinde si calicis usus de-
 „negetur, timendum est, ne Pastores suas
 „Ecclesias deserant, ac Regnum illud
 „in ethnicismum præceps abeat.

§. XXI.

*Calicis concessio in duobus articulis
 a Mantuano Cardinale pro-
 posita.*

Hoc